



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **S. Avrel. Avgvstini Confessionvm Libri X**

**Augustinus, Aurelius**

**Coloniae, 1646**

Index Librorum Et Capitem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10120**



# INDEX LIBRORVM ET CAPITVM,

## LIBER I.

Confitetur vitia infantiae ac pueritiae suae,  
& pro utriusq; ætatis beneficiis Deo gra-  
tias agit.

Cap. I. **H**omo à Deo excitatur, ut laudet De-  
um Finem suum, quem quarendo  
invocat, & invocando laudat. 1

Cap. II. Invocamus Deum, ut veniat in nos, etsi  
secundum esse suum sit in omnibus, & omnia in  
ipso. 3

Cap. III. Deus continendo omnia implet omnia,  
totus ubique presens in omnibus creaturis. 4

Cap. IV. Plurimorum attributorum divinatorum  
enumeratione immensam Dei bonitatem ob ocu-  
los ponit. 6

Cap. V. Salutis desiderio Deum invocat, ut per  
gratiam veniat in domum animæ suæ, eamque  
mundet. 7

Cap. VI. Agnoscit Deum immutabilem & ater-  
num conditorem suum, eumque laudat de in-  
fantia & beneficio lactis, motusque infantiles ex-  
plicat. 9

Cap. VII. Infantiam quoque obnoxiam inordi-  
natis affectibus, eamque vitæ vix annumeran-  
dam esse. 14

Cap. VIII. Quomodo ingressus pueritiam desiderio  
patefaciendi sensa cordis, loqui didicerit ex ob-  
servatione loquentium. 17

Cap. IX. Quanto affectu Deum, quem nosse cœpe-  
rat, rogaverit, ne in Scholis vapularet: & quo-  
modo majores riserint plagas ipsius. 19

Cap. X. Se peccasse negligendo amore ludendi uti-  
les literas, contra voluntatem majorum, etsi in-  
ordinatam. 21

Cap. XI. Graviter agrotans, baptismum petit, sed  
con-



I N D E X.

*convalescens eundem differt liberioris vitæ causa.*

23

Cap. XII. *Ad literas se coactum bono suo, etsi non sine justa pœna sua agnoscit.*

26

Cap. XIII. *Accusat inordinatum poëticorum signentorum amorem, utiliorumque artium neglectum.*

27

Cap. XIV. *Gracos Poëtas se aversum, ob linguæ peregrinæ difficultatem.*

31

Cap. XV. *Orat, ut quidquid utile puer didicit, Deo serviat.*

32

Cap. XVI. *Detestandam esse consuetudinem discendi Latinitatem ex lascivis Poëtis, ad libidinem incitantibus Deorum magisterio.*

33

Cap. XVII. *In exercitio Scholastico, Poëtas per paraphrasin reddendi, studium vana laudis incusat.*

36

Cap. XVIII. *Deplorat cacitatem humanam servantem præcepta Grammaticorum, & violantem leges divinas.*

37

Cap. XIX. *Se quoque magis timuisse barbarismum, quam peccatum, & innumerabilibus mendaciis, fraudibus, furtis puerilem innocentiam corrupisse.*

40

Cap. XX. *Predicat dona natura ac beneficia sibi puero concessa, & pro iis gratias agit.*

41

L I B E R II.

Deplorat annum XVI ætatis suæ, quo domi à Scholis feriatum, in libidinis barathrum & omnem vitæ licentiam se immerfit.

Cap. I. **A** More Dei recogitare incipit impuras vias adolescentiæ suæ & libidinosos amores.

43

Cap. II. *Se amoris & concupiscentiæ astu abreptum anno XVI ætatis, totas manus dedisse libidini: Deo permittente, nemine coercente.*

44

Cap. III. *Se dorsi à Scholis feriatum, paterna va-*

ni-



## I N D E X.

- nitate & indulgentia, pravaque Societate, matre frustra dehortante, penitus corruptum fuisse. 48
- Cap. iv. Furtum pomorum nullo bono suo, sola peccandi libidine, una cum sociis se patravisse. 52
- Cap. v. Peccata communiter non committi, nisi ex appetitu inordinato adipiscendi bona infima, vel metu ea amittendi. 54
- Cap. vi. Peccata fallere umbratica boni alicujus specie, quod purum & liquidum est in solo Deo: in furto autem se dilexisse falsam libertatem. 56
- Cap. vii. Laudat Deum de venia peccatorum, quæ fecit, & de iis, quæ non fecit, aliosque ad idem hortatur. 60
- Cap. viii. In furto amasse se quoque eam voluptatem, quam faciebat consortium simul peccantium. 62
- Cap. ix. Se pravae societatis titillatione impulsus, fecisse furtum, quod non fecisset solus. 63
- Cap. x. Detestans pravi affectus fœditatem, cupit in Deo quiescere. 64

## L I B E R III.

Confitetur se Carthagine in impuris amoribus volutatum; ibique ex Hortensio Ciceronis Sapientiæ amorem hausisse, anno XIX ætatis; postea in Manichæorum hæresin incidisse. Deniq; Matris de sua conversione somnium, & Episcopi cujusdam responsum recenset.

- Cap. I. **C**arthagine se impuros amores sectatum, & amarâ libidinum voluptate potitum. 65
- Cap. II. Se impuros amores spectaculis theatricis fovisse, & infaustis amantium eventibus condulisse, non vera misericordia. 67
- Cap. III. Se in templo quoque negotium libidinis pro-



I N D E X.

- procurasse, in schola autem Rhetoris superbiisse,  
calumnias tamen everforum odisse. 70
- Cap. IV. Ex Hortensio Ciceronis hausit amorem Sa-  
pientia, anno XIX atatis, Christi vero nomen ibi  
non reperit. 73
- Cap. V. Scriptura simplicitatem pra Tulliana elo-  
quentia sprevit. 75
- Cap. VI. Manichaorum fallaciis seductus, Deum  
esse corpus quoddam splendidum & infinitum  
credidit. 76
- Cap. VII. In errores Manichaorum se incidisse,  
quia nesciebat, unde malum, & Deum esse in-  
corporeum, & justis in veteri testamento ali-  
qua licuisse, qua jam non licent. 81
- Cap. VIII. Quae sunt contra naturam, semper ac  
ubique illicita esse: quae vero contra mores &  
pacta hominum, fieri licita jubente Deo. 85
- Cap. IX. Multa facta homines improbant, quae  
Deus probat, & vicissim multa damnat, quae  
homines laudant: etsi vero aliquid Deus inusta-  
tum jubeat, faciendum est. 89
- Cap. X. Haec nesciens, credebat ficum decerptam  
plorare, & particulas Dei in illa ligatas solvi, si  
a Manichais comederetur. 91
- Cap. XI. Recenset matris pro se preces ac lachry-  
mas, & somnium de sua conversione, in novem  
fere annos dilata. 94
- Cap. XII. Episcopum quendam a matre rogatum  
secum colloqui noluisse, & vehementius denique  
instanti respondisse: fieri non potest, ut filius  
istarum lachrymarum pereat. 96



I N D E X.

L I B E R I V.

Perstringit novem Annos vitæ suæ, quibus ab anno XIX, usque ad XXVIII, Rhetoricam docuit concubinæ amoribus implicitus, & Astrologiæ genethliacæ deditus. Deplorat deinde immoderatum dolorem, ex amici morte conceptum, ac optimi ingenii pravam usum.

- Cap. I. **N**ovem annorum spatio seducebat & seducebatur per superbiam & heresin. 98
- Cap. II. Rhetoricam se illis annis docuisse & illegitimo thoro usum: noluisse vero, ut aruspex pro victoria sua in theatro sacrificaret. 100
- Cap. III. Ab astrologorum & genethliacorum divinationibus, se nec à Vindiciano, nec à Nebridio avocari potuisse. 102
- Cap. IV. Dum Tagasta Rhetoricam docet, amici quem immoderate diligebat, morte, in luctum incredibilem coniectus est. 106
- Cap. V. Querit cur in precibus & amissione rei care fletus sit dulcis? 110
- Cap. VI. Explicat miseriam inordinati affectus, quo excruciabatur ob mortem illius amici. 111
- Cap. VII. Solatium nullum reperiens, doloris impatientia mutat locum, & redit Carthaginem. 114
- Cap. VIII. Tempus dolori mederi, solatia pristinis similia afferendo, se vero illecebras humanae amicitiae sectatum. 116
- Cap. IX. Humana amicitia querit ex amici corpore indicia benevolentiae, Beatus, qui amat Deum, & amicum in Deo. 118
- Cap. X. Modus creaturarum est, ut orientur & occidant, & per esse tendant ad non esse: errat, qui in illis querit aliquid stabile. 120
- Cap.



I N D E X.

Cap. XI. *Solus Deus permanet, caro non sentit, nisi partem aliquam creaturarum, quibus omnibus melior est creator immutabilis.* 122

Cap. XII. *Anima in Deo amanda, & ad eum rapienda, in quo solo quies: ad quem nos redire, & ascendere descensu suo docuit Christus.* 125

Cap. XIII. *Ista nesciens amabat pulchra inferiora, quorum consideratione cognovit pulchrum & aptum, ac de utroque libros scripsit.* 127

Cap. XIV. *Se fama & laudibus, ut fieri solet, motum, Hierio Oratori libros de pulchro & apto inscripsisse: ejusque exemplo, non itera quorumvis aliorum, laudari cupiisse.* 130

Cap. XV. *Rerum incorporearum ignorantia, duas substantias fingebat, monadem & dyadem, hanc summe malam, illam summe bonam: Libros vero de pulchro & apto, anno aetatis 26, vel 27, scripsit.* 133

Cap. XVI. *Se Categorias Aristotelis, & omnes libros artium liberalium sine Magistro intellexisse: nihil tamen id sibi profuisse, donis Dei utenti aiale.* 137

L I B E R



## I N D E X.

## L I B E R V.

Proloquitur annum undetricesimum ætatis suæ, quo Carthagine Rhetoricam docens, cognita imperitia Faustii celeberrimi Manichæorum Episcopi, ab iis alienari cœpit. Tum Romæ gravi morbo defunctus, & in Rhetoricæ professione aliquantum moratus, ad eandem Mediolani suscipiendam abiit. Vbi S. Ambrosii humanitate, ac sermonibus, meliorem de Fide Catholica opinionem sensim concepit.

Cap. I. **C**onfitetur Deo miserationes ejus, non ut doceat, sed ut laudet eum, quem laudat omnis creatura. 142

Cap. II. Frustra iniqui fugiunt Deum, qui ubique est: convertantur potius, & confiteantur ei. 144

Cap. III. Faustii adventum exponit, & quomodo Philosophi, etsi probabiliora Manichæorum fabulis tradiderint, in cogitationibus suis evanuerint. 145

Cap. IV. Qui Deum scit, hoc solo beatus est, nec beatior, aut melior, quia alia præter ipsum scit. 149

Cap. V. Manichæus in suis libris de sideribus & calo falsa docens, Spiritum S. in se personaliter habitantem, doctrinæ suæ autorem incredibili dementia faciebat. 150

Cap. VI. Faustum natura & exercitatione facundum, liberalium artium, nisi Grammatica, expertem fuisse: se vero tum, veritatis avidum, rem non verba curasse. 153

Cap. VII. Cognita Faustii imperitia, se conatum proficiendi in secta Manichæorum abjecisse, idque sibi initium conversionis fuisse. 156

Cap. VIII. Licentiam Scholasticorum Carthagensium fugiens non tam suo, quam divino consilio.



I N D E X.

*filio Romam contendit, matre frustra renitente.*

159

Cap. IX. *Roma in febrim incidit, ad inferos iturus, si moreretur: salutem precibus matris, et stinescientis adscribit, ejusque pietatem mire praedicat.*

163

Cap. X. *Roma Manichaeorum consuetudine se usum, & à fide Catholica, ignorantia maxime substantia incorporea retardatum.*

166

Cap. XI. *Imbecillas sibi visas responsiones Manichaeorum, ad argumenta Catholicorum ex Scrip.*

171

Cap. XII. *Roma discipulos fidei desertores esse, & mercedis defraudatores.*

172

Cap. XIII. *Mediolanum ad docendam Rhetoricam missus à S. Ambrosio paterne susceptus est: cujus sola facundia initio delectabatur, rerum contemptor.*

173

Cap. XIV. *Ab Ambrosio persuasus credidit, Scripturas veteres, & Fidem Catholicam recte defendi posse adversus Manichaeos: quibus relictis, Academicorum more fluctuans, Catechumenus esse statuit.*

175

L I B E R VI.

Narrat, quæ trigesimo ætatis anno Mediolani egerit, etiamnum fluctuans. Sensim vero Ambrosium Catholicæ Fidei veritatem, sibi probabilem fecisse fatetur. Multa interim de Alipio, ejusque moribus interserit: ac suum, matrisque consilium de conjugio recenset.

Cap. I. **M**ater filium terra marique sequens, eum Mediolani nec Manichaeum, nec Catholicum ingenti cum lætitia reperit.

178

Cap. II. *Matrem cum pro more Africano epulas ad Agapen in Ecclesiam afferret, & à S. Ambrosio prohiberetur, mox acquievit.*

180

\* \*

Cap.



I N D E X.

- Cap. III. *Ambrosium libere sciscitandi copiam sibi non fecisse: ex eo se cognovisse, Deo Catholicos humanam figuram non tribuere.* 183
- Cap. IV. *Etsi S. Ambrosius ostenderet, Catholicos non docere, quæ putabat: se tamen ne falsa crederet, ea quæ credenda sunt, sibi demonstrari voluisse.* 187
- Cap. V. *Recte juberi apud Catholicos, ut credantur, quæ demonstrari nequeunt: Scripturas vero Dei providentia subministratas, ex earum autoritate concludit.* 187
- Cap. VI. *Laudes Imperatori recitaturus, viso mendaci saturo jocante, ambitionis arumnas omnis laetitiae steriles deploravit.* 191
- Cap. VII. *Quomodo non cogitans Alipium mendaci irrisione à Circensium insania revocavit, & Manichæorum superstitione involverit.* 191
- Cap. VIII. *Eundem Alipium Romæ, cum familiarium violentia ad Amphitheatrum pertractus esset, repente insano ludorum gladiatoriorum amore fuisse correptum.* 201
- Cap. IX. *Vt idem Alipius Carthagine pro fure comprehensus sit, & tandem furti suspitione liberatus.* 201
- Cap. X. *Alipium justitiæ amantißimum fuisse, & una cum Nebridio Mediolanum venisse, ut se cum pariter veritati indaganda vacarent.* 201
- Cap. XI. *Recenset suum hucusque in studio Sapientie progressum, à quo vana spe, & concupiscentia carnis, maxime retardabatur.* 201
- Cap. XII. *Calibrem vitam sibi visam intolerabilem, Alipium vero autoritate sua motum, in desiderium conjugii venisse.* 211
- Cap. XIII. *Matrem sibi uxorem sollicitè procurasse, nullum tamen de matrimonio futuro, à Deo visum ei obtigisse.* 214
- Cap. XIV. *Statuisse se cum quibusdam amicis in communi vivere, verum id consilium conjugali vita causa, dissipatum.* 215
- Cap. XV. *Loco concubinae discedentis, ex qua filium susce-*



I N D E X.

*susceperat, aliam urgente libidine se procurasse.*

217

Cap. XVI. *Solo metu mortis & iudicii, se aliquatenus coercitum in voluptatibus carnalibus: alioqui Epicuro palmam daturum & voluptati, quæ extra Deum vera non est.*

219

L I B E R VII.

Explicat animi sui æstum laborantis in mali investigatione. Quomodo item nullam substantiam malam esse deprehenderit? & in Platoniorum libris agnitionem quidem incorporeæ veritatis & Verbi divini: non autem ejus exinanitionem, & humilitatem repererit.

Cap. I. *Deum incorruptibilem, inviolabilem, & incommutabilem esse agnovit, non tamen incorporeum: quia quod corpus non esset, nihil esse putabat.*

221

Cap. II. *Proponit Nebridii dilemma; quo substantiam mali bono Deo contrariam, evidenter refellebat.*

224

Cap. III. *Deprehendit liberum arbitrium esse causam peccati, unde autem voluntas male vellet, & bene nollet, nesciebat.*

225

Cap. IV. *Deum cum sit summum bonum necessario esse incorruptibilem, & hinc investigari debere causam mali, nec posse Deum cogi.*

228

Cap. V. *Omnem creaturam instar spongiæ, in immenso mari, Deo plenam esse, & omnia bona à summo bono facta agnoscebat, anxie quarens, unde malum irrepserit.*

230

Cap. VI. *Genethliacorum divinationes se rejecisse, quod videret sub eadem constellatione dominos, & servos, imo & geminos diversissima conditionis nasci.*

233

Cap. VII. *Deum incommutabilem nostri curam gerere, & in Christo ac Scripturis, viam salutis esse*

\*\* 2

cre-



I N D E X.

- credebat : nesciens interim , unde malum , & quid Spiritus esset , merito Superbia & dura cervicis suæ. 237
- Cap. viii. Stimulis internis se à Deo agitatum , donec de ipso certus esset. 241
- Cap. ix. Se in quibusdam Platoniorum libris , Christi divinitatem , non vero humilitatem reperisse , ac inde velut Aegypti spolia collegisse. 241
- Cap. x. Aeternam veritatem omnium artificem , mole magnam non esse , & Deum ipsum esse , divina inspiratione tandem didicit. 241
- Cap. xi. Creaturas nec omnino esse , quia Deus non sunt , nec omnino non esse , quia à Deo sunt. 241
- Cap. xii. Omnem substantiam corruptibilem bonam esse , quia nisi bona esset , corrumpi non posset. 248
- Cap. xiii. Etsi quadam quibusdam non conveniant , Deo tamen & universo nihil malum esse , Deum vero in omnibus laudandum , in celo & terra. 249
- Cap. xiv. Quod sibi aliqua creatura displicerent , ideo se aliquando ivisse in opinionem duarum substantiarum. 251
- Cap. xv. Omnia Deus veritate sua , tanquam manu sua continet , ideoque omnia vera sunt , & convenientia. 251
- Cap. xvi. Non omnia omnibus : quadam , ut iniqui , conveniunt inferioribus creatura partibus , non est autem iniquitas substantia , sed summæ substantia derelictio. 255
- Cap. xvii. Se gradatim à corporibus ad animam sentientem , inde ad sensum internum , ab hoc ad potentiam ratiocinantem & intelligentiam , ac demum ad cognitionem divinitatis , aliquatenus attingisse. 257
- Cap. xviii. Viam ad fruendum Deo , Christum se nobis præbuisse , per humilitatis magisterium. 260
- Cap. xix. In Christo se primum excellentis Sapientia autoritatem , item corpus & animam , non vero divinitatem agnovisse , quam Christi animam esse. Ali.



I N D E X.

- Alipius cum Apollinaristis credidit.* 261  
 Cap. xx. *Ex Platoniorum libris admonitum se esse ad quarendam incorpoream veritatem, non autem ad humilitatem: id sibi profuisse, quod ante Scripturam eos legerit.* 264  
 Cap. XXI. *In Scripturis sanctis reperisse se humilitatem, & salutis viam ignotam Platonis, qui ostendunt patriam, non viam eo ducentem.* 266

L I B E R VIII.

Denique erroribus omnibus depulsis, consilio Simpliciani, exemplis Victorini, Antonii, duorum magnatum, aliorumque Dei Servorum, inflammatus: post gravem concupiscentiæ luctam, difficilemque deliberationem, voce divina admonitus, lectis S. Pauli verbis ad Rom. 13, vers. 13, & 14, totus ad Deum convertitur, imitante Alipio, matre gratulante.

- Cap. I. **D**E Deo & Fide Catholica certus, sed seculo adhuc ex femina tenaciter colligatus, Simplicianum de vita statu, sibi consulendum putavit. 270  
 Cap. II. *Simplicianum sibi gratulatum, de lectis Platoniorum libris, & illustre exemplum Victorini illorum interpretis, ad persuadendam Christi humilitatem proposuisse.* 274  
 Cap. III. *Majus gaudium esse inventis, aut reditis, aut periculo ereptis rebus caris, quam se nunquam amissæ, aut semper extra periculum fuissent.* 278  
 Cap. IV. *Conversionem hominum magna autoritate, qualis erat Victorinus, plus gaudii asserere, tum quia multis noti sunt, tum quia exemplo suo plus prosunt.* 281  
 Cap. V. *Exarsisse se in imitationem Victorini, sed violentiam concupiscentiæ & prava consuetudinis, nondum potuisse superare.* 283  
 \* \* \* 3 Cap.



I N D E X.

Cap. VI. *Vt Potitianus sibi & Alipio, vitam S. Antonii, ejusque lectione duos ex aula Caesaris conversos, item monasteriorum greges recensuerit.*

28

Cap. VII. *Hac Potitiani narratione se confusum quod duodecim annis, contemptum felicitatis terrenae distulisset, & veritate agnita etiam nunc cunctaretur.*

29

Cap. VIII. *In hortum una cum Alipio se discessit, se indignantem, quod nondum Deo vellet servire cum ipsum hoc fortiter velle, sit posse & facere.*

29

Cap. IX. *Idco statim fieri, quod imperat voluntati corpori, quia ex toto vult, non autem fieri, quia ipsa sibi imperat, quia non ex toto vult.*

29

Cap. X. *Contrarias voluntates non duas naturas in homine arguere, sed unam eandemque animam diversis voluntatibus astuantem.*

29

Cap. XI. *Imminente puncto Conversionis, se amplius rem sensisse horrorem, retinentibus hinc nugis nugarum, invitantibus inde exemplis plurimorum Dei famulorum.*

30

Cap. XII. *Divina vocis monitu se incidisse in illud Pauli Rom. 13, vers. 13, & 14. Non in comessationibus &c. & totum ad Deum conversum esse, sequente mox Alipio, & matre gratulante.*

30

\* \* \*



I N D E X.

L I B E R I X.

In villam Verecundi abit cum matre, aliisque amicis. Professionem Rhetoricæ abdicat; libros varios scribit. Biennio fere elapso Mediolanum redit; ibi cum Alipio, & Adeodato filio baptizatur. Inde cum Matre, & aliis in Africam remeare parat. Matris deinde vitam, & ad ostia Tiberina mortem: suum item luctum gratus Filius, pie & eleganter exequitur.

Cap. I. **L** Audat Deum, qui mutavit voluntatem ejus, ut tolleret jugum Christi, & suave ei esset, carere suavitatibus nugarum. 310

Cap. II. Abdicationem professionis Rhetoricæ, valetudini quoque necessariam, se in ferias vindemiales vitandæ offensionis causa, distulisse. 312

Cap. III. Concessit illi villam Verecundus, cujus, sicut & Nebridii paulo post secutam conversionem, ac utriusque mortem memorat. 316

Cap. IV. Cum suis omnibus in villam abit, libros aliquot scribit, Psalmos Davidis legit, ex iis quartum adversus Manichæos explicat, dolore dentium divinitus liberatur. 319

Cap. V. Professionem Rhetoricæ Mediolanensibus renuntiat, Ambrosius lectionem Prophetæ Esaiæ illi suadet. 326

Cap. VI. Mediolanum reversus, una cum filio Adeodato, cujus ingenium mire predicat, & Alipio baptizatur, ac ingenti solatio perfunditur. 327

Cap. VII. Ut populus Mediolanensis Psalmos & Hymnos concineret, institutum est Iustina persequente Ambrosium: à quo peractam, non sine miraculis, translationem SS. Martyrum Gervasii & Protasii recenset. 329

Cap. VIII. Se cum Euodio & aliis pariter in Africam remeasse, Matre ad ostia Tiberina defun-



I N D E X.

- Eta*, cujus educationem describit, & quomodo  
vinolentia liberata sit. 332
- Cap. IX. *Qua mansuetudine ac patientia, Monica  
ferocem maritum ac socrum mitigarit, quantum  
item studuerit conciliare dissidentes, & omnibus  
obsequi.* 336
- Cap. X. *Vt cum matre paulo ante ejus mortem de  
eterna vita, supra omnem creaturam beata, dis-  
seruerit, ipsa post filii conversionem, longiorem vi-  
tam jam non desiderante.* 340
- Cap. XI. *Vt S. Monica febribus correpta, solas po-  
stulans preces, de sepulchro nihil sollicita, die no-  
no aegritudinis corpore soluta sit.* 343
- Cap. XII. *Quam acerbum dolorem, etsi invitus in  
morte ac funere matris senserit.* 345
- Cap. XIII. *Consideratione periculorum omnis ani-  
ma, quæ in Adam moritur, orat pro matre, idem-  
que ab aliis fieri rogat.* 349

L I B E R X.

Ostendit, quibus ad Dei cognitionem gradi-  
bus conscenderit; eum inveniri in memo-  
ria, cujus mirabilem vim laculenter descri-  
bit; in Deo solo esse veram beatitudinem,  
quam omnes appetunt, etsi non omnes le-  
gitimis eam quærant mediis. Tum statum  
præsentem animi sui aperit, & languores  
triplicis concupiscentiæ.

- Cap. I. **I**N sola spe gratiæ divinæ gauden-  
dum. 353
- Cap. II. *Deo nihil esse occultum, ei se confiteri, ut  
erubescat de se, & abjiciat se, illum vero eligat.* 354
- Cap. III. *Confessum se coram hominibus, quis fuerit,  
& præterita mala sua, ut infirmi excitentur ad  
spem misericordiæ.* 355
- Cap. IV. *Confiteri se quoque quis jam sit, ut ser-  
vi Dei, fratres sui, respirent in bonis suis, suspirent  
in*



I N D E X.

- in malis suis, Deumq; pro se laudent acorent. 358
- 332 Cap. v. Deum nosse omnia, qua sunt in homine, eum  
 violari non posse, id se scire: de se autam nescire,  
 in quibus tentationibus valeat resistere. 360
- 336 Cap. vi. Certa conscientia Deum à se amari, dul-  
 cem supra omne id, quod est sensibile, de eo sibi  
 creaturas corporeas usq; ad meliorem iis animam,  
 respondisse singulas: Non sum Deus, idemque re-  
 spondere omnibus recte judicantibus. 362
- 340 Cap. vii. Nec vegetativa, nec sensitiva anima vi  
 Deum inveniri, cum utraque brutis sit commu-  
 nis. 367
- 341 Cap. viii. Ascendisse se in memoriam suam ple-  
 nissimam miraculorum, quorum primum est,  
 345 omnium rerum sensibilibus imagines, sine rebus  
 349 ipsis, sine confusione, illà contineri, & cum aliquid  
 cogitandum est, in promptu esse. 368
- Cap. ix. Alterum memoria miraculum est, reti-  
 nere precepta Doctrinarum liberalium, non per  
 imagines, instar rerum sensibilibus, sed per seipsas.  
 372
- Cap. x. Doctrinas, cum per nullum sensum possint  
 intrare, ante in animo latuisse, esse autem neces-  
 sariam alterius veluti admonitionem, ad eas eru-  
 endas. 373
- Cap. xi. Discere res sensu non perceptibiles, nihil  
 esse aliud, quam ea, qua in memoria indisposita  
 & abstrusa erant, cogitando quasi colligere, &  
 ordinare. 374
- Cap. xii. Numerorum etiam, dimensionumque  
 rationes & leges, nec ipsas sensu perceptibiles, me-  
 moria comprehendendi. 376
- Cap. xiii. Tertium memoria miraculum est, quod  
 non solum actuum suorum meminerit, verum  
 affectionum quoque & perturbationum animi,  
 alio longe modo, quam quo afficiunt animum. 377
- Cap. xiv. Latos nos tristitia, aliorumque affectuum  
 meminisse, nec tamen eorum perturbationem sen-  
 tire. 378
- Cap.



I N D E X.

- Cap. xv. *Affectus passionesque animi, imaginem sui in memoria relinquere.* 38
- Cap. xvi. *Quartum memoria miraculum est, in ipsius Oblivionis meminisse, quomodo autem fiat, censet inexplicabile.* 38
- Cap. xvii. *Etsi tanta sit memoria vis, tamen eam quoque transeundam, ut inveniatur Deus, cum in brutis quoque memoria appareat.* 38
- Cap. xviii. *Deum extra memoriam non posse agnoscere, adeoque nec inveniri: nihil enim invenimus, nisi quod ex imagine, quam intus tenemus, recognoscimus.* 38
- Cap. xix. *Ipsam memoriam, cum aliquid per oblivionem amittit, non aliter ejus reminiscitur, quam aliquid simile vel connexum cogitandi, quod si omnino aboleatur, nec amissum queri potest.* 38
- Cap. xx. *Cum omnes beatam vitam, qua solus Deus est, quarant, necesse est eam in memoria ac notitia esse, neque enim amaremus eam, nisi nossemus.* 38
- Cap. xxi. *Quia omnes notitiam & experientiam aliquam gaudii habent, & vitam beatam gaudium esse putant, hinc omnes illam appetunt, & in memoria recognoscunt.* 38
- Cap. xxii. *Non omne gaudium est beata vita, sed gaudere ad Deum, de illo, & propter illum.* 39
- Cap. xxiii. *Beatam vitam esse gaudium de veritate, quia Deus veritas est, & quicumque aliquid amant, velle, ut hoc quod amant, sit veritas.* 39
- Cap. xxiv. *Inveniri Deum in memoria, quia invenitur ibi veritas.* 39
- Cap. xxv. *Non inveniri Deum inter imagines rerum corporalium, nec affectuum, & prestare ipsi animo, sunt enim haec omnia mutabilia.* 39
- Cap. xxvi. *Deum inveniri in se supra nos, dum veritatem ejus consulimus, omnibus liquide respondentem.* 39
- Cap. xxvii. *Se Deum sero amasse, quia ipsum non*



I N D E X.

non intus, sed foris in creaturis, longe ab ipso  
 quaesivit. 400

Cap. xxviii. Quod Deo nondum totus inhaereat,  
 inde se adhuc jactari tentationibus vite humanae,  
 inter gaudia & maerores, inter metum adver-  
 sitatis & desiderium prosperitatis. 401

Cap. xxix. In Dei misericordia spem reponens, ab  
 eo petit continentiam. 403

Cap. xxx. Confitetur se turpibus imaginibus vigi-  
 lantem quidem non moveri, dormientem tamen  
 illudi, oratque ab hoc malo liberari. 405

Cap. xxxi. Alimenta sicut medicamenta sumen-  
 da; magnum illum esse, quisquis non rapitur ali-  
 quantum extra metas necessitatis, se talem non  
 esse. 407

Cap. xxxii. Illecebra odorum se non nimis tangi;  
 saepe tamen occultos affectus per experientiam  
 manifestari. 412

Cap. xxxiii. Sacras melodias in Ecclesia potius  
 approbandas, quam improbandas, se tamen pec-  
 naliter peccare, quoties magis cantu movetur,  
 quam re, quae canitur. 413

Cap. xxxiv. Se crebro implicari seductionibus ocu-  
 lorum, in luce solis, & rebus pulchris ac artifi-  
 ciosis, cum ad pulchritudinem divinam unice sit  
 aspirandum. 415

Cap. xxxv. Curiositatem nostram, quam per con-  
 cupiscentiam oculorum intelligi putat, in mul-  
 tis minutissimis rebus, quotidie tentari & labi,  
 & hinc orationes saepe interrumpi. 419

Cap. xxxvi. Dum necessarium est amari & ti-  
 meri ab hominibus, facile persuadet superbia,  
 ut velimus amari & timeri non propter Deum,  
 sed pro Deo, quo vituperante laus nulla prodest. 423

Cap. xxxvii. Cum non liceat mala agere, ut lau-  
 dari non possimus, se hoc solum confiteri posse,  
 quod delectetur laudibus, sed plus veritate, quam  
 laudibus. 426

Cap. xxxviii. In iis, quae coram aliis fiunt, etiam  
 in



I N D E X.

- in ipso contemptu laudis, esse periculum vani  
loris. 429
- Cap. xxxix. Timere se id quoque tentationis ge-  
nus, quo aliqui placent sibi de se, nec placere  
affectant ceteris, sed invident. 430
- Cap. xl. Se Deo ducente ac docente perlustrasse  
omnia, extra & intra se, & horum nihil esse  
Deum: in eo se, cum potest, delectari, & subinde  
in affectum inusitatum intramitti. 431
- Cap. xli. Confessum se languores suos, Deumque  
invocasse, quem amiserat, quia volebat eum pos-  
sidere cum mendacio. 433
- Cap. xlii. Quosdam quæsituisse reconciliationem  
cum Deo per Angelos, & illusos à Demone, qui  
est mediator fallax. 434
- Cap. xliii. Verax mediator Christus est, in illo se  
jactasse curam suam, cum meditaretur solitu-  
dinem, & considerasse sanguinem ejus, pretium  
suum. 436



S. AVR.